

Vir Illustrissime,

Audacia mea, qua Summa Tua
gravissimaeq; interpellatio negotia
non aliunde mihi petenda ve-
nia, quam à singulari, quo
studia liberalia Musasq; foves
patrocinio. Scilicet Sexennium
sepe abest, quod consilium coepi
Sacra Gentilia veterum Celtarum
et quae coherent Gentium Se-
ptentrionalium, peculiari Opere
illustrandi. Optuli in hanc
rem praefer patria, quidquid
diuturna in Belgio equè ac

Anglia Galliaq. mora potuit la-
 giri. Placuit iude anno
 elapso publicum ejus rei fo-
 cimen vedere, concinnata ad
 Melanina Dea Exercita-
 tione Historico-Criticâ, et
 brevem conspectum atq. delin-
 ationem majoris operis subjuncta
 Accidit autem ante mensem
 quod excurrit, ut Celeberrimo
 de Perce, cum Volumine Octavo
 Bibliothecae Nov-Antiquae scrip-
 tu nostram recenset, à Te, Vir
 Illustrissime, scriberet sibi

esse compertum, plurima eaq antiquis-
sima Deorum simulachra e Siberia vi-
ciarumq regionum tumulis evuta, inter
alia Panora atq praestantiora sine-
tia, Moscu vel Petroburgi, Poten-
tissimi Monarcha vestri iussu aservari,
qua cum nostris collata plurimum
ad Gentium Priscarum tum Theologiam
tum migrationes illustrandas vide-
rentur factura. Vides, Vir Ex-
cellentissime, quantopere mihi
annitendum, ut aliquali honore monu-
mentorum potiar delineatione,
Nova plane atq incognita hactenus
lux, qua literis Musiqq jam jam e
Terris vestris afulget; Summus

prater eam favor, quo Tu, Vir Illu-
 strissime, studia amplecteris, in
 eam me deducunt spem, auctorum me
 competem Illustri Tuo Patrocini-
 futurum. Webenus, qui Regis nostrae
 negotia Petroburgi curat, litera-
 ad me curabit perferendas, quarum
 inscriptio prater nomen meum atq[ue]
 domicilium in aedibus Illustr. Ber-
 storffii, Ministri Primarii, nihil
 continebit. Vale interim, Vir
 Illustrissime, mihiq[ue] fave. Dabam
 Hannoverae. d. 14. ante Calendas
 Mart. 1718.

Joh. Georgius Keyserling

Keyserling. Hannover.
 d. 16. febr. 1718.